



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Caput 21. De regno Babyloniae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

Caput 19.
De Romanis
ac captiuitate
Ierusalem.

Romanorum quintus Tarquinius Priscus annis xxxviii. Ancus Martius Numæ nepos. Tarquinius Priscus circum Romæ ædificauit, numerum Senatorum auxit, Romanos ludos instituit, muros & cloacas ædificauit, ad extremum ab Ancus filijs, regnum eius, cui ipse successerat Primo anno captiuitatis Ierusalem in Iudæa Nabuchodonosor Rex Chaldæorum, Ierosolymis captis, templum incendit. quod ab initio ædificationis suæ transferant anni ccccxlii. quadragesima octaua Olympiade captiuitas & exterminium tēpli quod fuit in Ierosolymis ann. lxx. In Babylone prophetabant Daniel & Ezechiel.

Caput 20.
Romanæ urbis
ampliatio

Hinc Romæ Seruius ancillæ sed nobilis captiue filius tres montes vrbi addidit, Quirinalem, Æquilinum, & Viminalem. Fossas circa muros duxit, cœsum Romanorum ciuium ipse primus instituit, & ad extremum Tarquinij Superbi generi sui superioris regis filij scelere occisus est.

Caput 21.
De regno Ba-
bylonia.

Mortuo Nabuchodonosor Babyloniorum Rege suscepit imperium Euilmerodach. Cui successit frater eius Baltasar, cuius tempore liber Danielis scribitur. Romanorum Seruius sextus regnauit annis xxxiiii. Capta Hierosolyma ab Assyrijs ad Vafrem regem Ægypti Iudæorum reliqui transfugerunt: Hieremias quoque Propheta meminit. Corinthiorum monarchia destructa. Solis facta defectio; cum futuram eam Thales ante dixisset Olympiade LV. initium regni Persarum, Cyrus Rex Medorum destruxit imperium.

Cyrus